

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Apostoli e

Ait [Aug.] enim in quodam sermone, de Apostolis agens:
“Christus Yhesus Petrum et Andream et alios,
per quos operatus est salutem in medio terre,
non de foro Iustiniani sed de simplicitate piscatoria
legitur assumpsisse.” Inflat enim sapientia huius mundi
et legum ventosa loquacitas.

Christus Ihesus Petrum et Andream et alios
per quos operatus est salutem in medio terre,
non de foro Iustiniani, sed de simplicitate piscatoria
legitur assumpsisse. Inflat enim sapiencia huius mundi
et legum uentosa loquacitas.

Sane
Christus Jesus Petrum, et Andream, et alios,
per quos operatus est salutem in medio terrae,
non de foro Justiniani, sed de simplicitate piscatoria
legitur assumpsisse. Inflat enim sapientia huius mundi,
et legum ventosa loquacitas,
nec plus sapere quam oportet sapere,
sed sapere ad sobrietatem.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 38 (PL 207, col.118A).

Elegit enim non reges, non senatores, non philosophos
sed
plebeios, pauperes, indoctos, piscatores,

Elegit enim non reges, non senatores, non philosophos,
sed
plebeios, pauperes, indoctos, piscatores,

Non elegit reges, aut senatores, aut philosophos,
aut oratores. Immo uero elegit
plebeios, pauperes, indoctos, piscatores.

Augustinus Hipponensis, *Tractatus contra paganos*, 60 (F.
Dolbeau ed., p.138, ll.1460-1462).

ineruditos liberalibus disciplinis,

non peritos gramatica, non armatos dyaletica, non
rethorica inflatos. Piscatores Christus cum retibus fidei

paucissimos misit; atque ita ex omni genere tam multos
pisces et tanto mirabiliores quanto rariores etiam ipsos
philosophos cepit.

ineruditos liberalibus disciplinis,

non peritos grammatica, non armatos dyaletica, non
rethorica inflatos. Piscatores Christus cum retibus fidei

paucissimos misit, atque ita ex omni genere tam multos
pisces et tanto mirabiliores quanto rariores eciam ipsos
philosophos cepit.

Ineruditos liberalibus disciplinis
et omnino, quantum ad istorum doctrinas adtinet, inpolitos,
non peritos grammatica, non armatos dialectica, non
rethorica inflatos, piscatores Christus cum retibus fidei
ad mare huius saeculi
paucissimos misit atque ita et ex omni genere tam multos
pisces et tanto mirabiliores, quanto rariores, etiam ipsos
philosophos cepit.

Lucula noctis, 35 (E. Hunt ed., p.297, ll.364-375).

Augustinus in sermone de apostolis.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 22.5 (CCSL 48,
B. Dombart ed., p.810, ll.20-26).

Manipulus florum, Apostoli e

Aug. Serm. 42.5 (PL 37.256)